

velut ad suum Solem . Et quia meum quoque fuit Lucis im-
petum meæ prosequi, imò si necesse foret cunctantem incitare;
obsecro, & obtestor Genium tuum, cuius unius & ingenio pro-
bantur omnes bonæ litteræ, & exemplo suadentur, & patrocinio
fouentur; ut huic opellæ (qua lucis naturam & motum rima-
ri penitiùs, ac triplicem eius radium, nempe directum, reflexum,
refractumque triplici item Gnomonica, sub nomine Perspectivæ
Horariæ accommodare studui) tam benignum se præbeat Patro-
num, quàm eo vel nomine se putat ipsa, & prædicabit feli-
cem, quòd quidquid aliud aberret in re noua ac perdifficili; in
deligendo tamen tali tantoque Patrono didicerit non errare.
Vale Eminentissime Cardinalis; & Deus Opt. Max. Te nobis,
Patriæ, totiue orbi Christiano diu seruet incolumem, id aueo,
id comprecor .

Eminentia Tuæ

Deditissimus, & obsequentiissimus seruus

F. Emanuel Maignan Minimus.